

APÉNDICE OCTAVO

(CORRESPONDIENTE AL NÚM. 2747.)

Importante declaración de la Congregación del Concilio acerca de los matrimonios mixtos.

Importante declaración del Santo Oficio, dada el 18 de Marzo de 1884, acerca de los matrimonios mixtos celebrados según la doctrina de Benedicto XIV, De Synod. Diœc., libro 6, número 12.

«Tandem quod... de exentione a lege Tridentina conjugii catholico per hæreticum communicata ex Be-

nedicto XIV, *De Syn. Diœc.*, lib. 6, cap. 6, num. 12, memorasti, id tenendum quidem est, donec a S. S. fuerit aliter dispositum. Animadvertendum vero, hanc doctrinam minime valere nisi *pro his locis, in quibus hæretici jam tempore publicationis decreti Tridentini inseparatam et per se consistentem communitatem seu quasi parochiam coaluerant et ideo decreto in parœciis catholicis publicato non comprehendebantur.*»

APÉNDICE NOVENO

(CORRESPONDIENTE AL NÚM. 3054.)

Una resolución de la Sagrada Congregación del Concilio acerca del decreto TAMETSI.

BEATISSIME PATER:

Episcopus de Costa Rica, in America Centrali, sequentia dubia enodanda proponit:

I. Licet nulla extet memoria publicatum fuisse Concilium Tridentinum in diœcesi de Nicaragua et Costa Rica, tamen nunquam in dubio positum est, quin ejusdem leges in tota America Latino-Hispanica vigerent (etiam cap. 1, sess. 24 *De Ref. Matrim.*); nihilominus dubium occurrit, utrum hæc lex Tridentina publicanda sit in novis parochis, quæ eriguntur, speciatim in locis ubi major pars habitantium est hæretica.

Casus concretus hic est: Portus de Limon, anno 1870, regio erat inculta et silvis consita. Primi incolæ fuerunt Nigretæ hæretici et nonnulli catholici costarricenses. Anno 1893 erecta fuit parochia in eodem Portu, ubi degunt 1000 catholici et 4000 hæretici.

I. Vigetne ibidem lex Tridentina quoad celebrationem matrimoniorum propter solam rationem, quod terra illa pertineat ad diœcesim ubi publicata censetur lex, an vero denuo publicanda est?

II. Validane sunt matrimonia ab hæreticis celebrata coram ministro

acatholico vel coram Gubernio in Portu de Limon?

III. Anno 1897, 27 hæretici suos errores abjurarunt et in Ecclesiam reversi sunt. Quært. parochus quid cum iis faciendum qui matrimonium inierunt num. 2 exposito. Post baptismum conditionalem, etc., consensus matrimon. renovandus est, necne?

IV. Utrum conveniat, ad tollenda dubia, Concilium Tridentinum publicare?

V. Utrum conveniat dispensationem petere a S. Sede relate ad matrimonia hæreticorum, sicut concessa fuit a Benedicto XIV die 4 Nov. 1741, pro provinciis foederatis Belgii et Hollandiæ?

Feria IV, die 23 Novembris 1898.— In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Emis. et Rmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, præhabitoque RR. DD. Consult. voto, iidem Emi. ac Rmi. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Decretum *Tametsi* Conc. Tridentini tamquam promulgatum censi debet in tota diœcesi de Costa Rica; neque proinde necessaria est eiusdem decreti promulgatio in nova parœcia Portus de Limon.

Ad II. Provisum in præcedenti, scilicet, Negative.

Ad III. Affirmative; et detur Decret. D. P. 20 Novembris 1896 (1).

Ad IV. Publicationem necessariam non esse.

Ad V. Negative.

(1) En verba decreti: «Utrum conferri debeat Baptismum sub conditione hæreticis, qui ad catholicam fidem convertuntur e quocumque loco proveniant et ad quamcumque sectam pertineant.

»Resp. *Negative*, sed in conversione hæreticorum, a quocumque loco vel a quamcumque secta venerint, inquirendum est de validitate baptismi in hæresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si compertum fuerit, aut nullum, aut

Feria vero VI, die 25 ejusdem mensis et anni, in solita audientia, R. P. D. Adessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo. D. N. Leoni, Div. Prov. PP. XIII relatione, SSmus. resolutionem Emmorum. Patrum adprobavit.—I. CAN. MANCINI, S. R. et U. Inquisit Not.

nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute. Si autem pro temporum et locorum ratione, investigatione peracta nihil, sive pro validitate, sive pro invaliditate detegatur aut adhuc probabile dubium de baptismi validitate supersit, tunc sub conditione secreto baptizentur. Demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abjuramentum, seu professionem fidei.»

APÉNDICE DÉCIMO

(CORRESPONDIENTE AL NÚM. 3055)

Sobre las condiciones que debe reunir en ciertos casos la delegación, para que lícitamente pueda el delegado autorizar el matrimonio.

DECISIÓN DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO, DADA EN 18 DE MARZO DE 1893.

El arzobispo de Colonia expuso en la referida Congregación el caso siguiente:

«In civitate hac Coloniensi, in qua 19 existunt parochiæ catholicæ et circiter 120.000 millia numerantur catholicorum, non raro accidit, ut sponsa, v. gr., ancilla, proclamationibus expeditis, parochiam, in qua domicilium habebat, inscio parochi derelinquat et tamen coram hoc parochi dolose matrimonium contrahat, fingens, se in hujus parochia, in qua proclamationes factæ sunt, adhuc habitare.—Quare ad præcavenda invalida matrimonia parochi hujus civitatis, multis ab hinc annis, se mutuo delegaverunt in hunc modum, ut parochus, qui tempore, quo proclamationes expectabantur, parochus proprius sponsæ erat, inde per tres menses matrimonio ejus assistere valeat, etiamsi sponsa, hac parochia derelicta, in alia parochia hujus civitatis tempore matrimonii habitet. Quam quidem conventionem adhibita fa-

cultate subdelegandi prædecessor meus Em. Cardinalis Melchres postea, anno scilicet 1866, confirmaverat, eaque confirmatio delagationem Ordinarii exhibere videtur. Quamvis vero, postquam gubernationem hujus Archidiocesis suscepi, similis a me confirmatio seu approbatio istius praxis statim expetita non sit, parochi Colonienses tamen eam sunt sequuti.—Similes ob causas in civitate Aquisgranensi existerat ab immemorabili tempore, ut parochi asserunt, usus juxta quem propter frequentem habitationis mutationem ex parte ancillarum mercenariorum et pauperum parochus in cujus parochia sponsa habitat, dum proclamationes expetit, ejus matrimonio assistere possit etiamsi sponsa tempore proclamationum in aliam parochiam ejusdem civitatis transmigret. Quem usum, a parochis Aquisgranensibus anno 1840 renovatum, Vig. Gen. Archiep. die 14 Novembris 1840 tamquam valori matrimonii faventem approbavit. Utilis sane est talis dispositio quaque valor matrimonii non raro salvaretur.—Attamen cum S. C. Concilii die 20 Julii h. a. in causa postnaniensis declaravit, conventionem similem

parochorum postnaniensium haut esse probandam, S. V. enixe rogatur, ut declarare dignetur 1.º An Ordinario liceat, etc.

Causa diu discussa, tandem proposita sunt dubia:

1.º An constet de nullitate matrimoniorum, quæ contrahuntur juxta praxim, de qua in casu, ab Em. Archiepisc. Coloniensi propositam?

Et quatenus negative:

2.º An supplicandum sit Sanctissimo pro convalidatione ejusdem praxis quoad futurum in casu?

S. C. Concilii sub die 18 Mar. 1893 censuit respondere:

Ad 1: Negative, et ad mentem. Ad 2: Provisum in primo. Mens autem erat hæc, ut quoad liceitatem pro futuro adjicerentur iste praxi hæc clausulæ et restrictiones quæ jam fere in usu erant, scilicet: 1) ut mutua

illa et generalis delegatio parochis non sit permissa, nisi accedente Ordinarii approbatione et delegatione, una cum facultate subdelegandi; 2) insuper ut eadem generalis delegatio limitanda sit ad casum, quo res per petitionem proclamationum factam non sit integra, id est, ut restringenda sit ad solos parochos domicilii ab sponsis relictis; 3) ut quoad durationem illa delegatio ita determinanda sit, ut expiret, si a die ultimæ proclamationis exclusive elapsi sint duo menses sive 60 dies completi, vel tot dies completi, quot juxta diocesana statuta requiruntur, ut denuo fiant proclamationes, si intra illud tempus matrimonium non fuerit celebratum; 4) obtandum, ut Em. Archiepisc. hujusmodi facultate utatur tantummodo pro majoribus suæ Archidiocesis civitatibus.

APÉNDICE UNDÉCIMO

(CORRESPONDIENTE AL NÚM. 3511.)

Dos Pastorales sobre los daños que han causado y causan en la Fe y en la moral cristiana los errores del liberalismo moderno: su refutación y remedios.

I

PASTORAL DEL EXCMO. SR. OBISPO DE MÁLAGA.

EL ESPÍRITU PRIVADO Y EL ESPÍRITU CATÓLICO

Salvabo gregem meum, et non erit in rapinam: judicabo inter pecus et pecus.

Salvaré mi grey, y no será expuesta á la presa: juzgaré entre ganado y ganado.

(Ezeq., XXXIV, 22.)

I

Aproximándose, amados hijos nuestros, la santa Cuaresma, sentimos la necesidad de dirigiros nuestra voz paternal, exhortándoos á no recibir en vano la gracia del Señor, que durante este santo tiempo nos llama con mayor empeño á la penitencia, á la oración, y á la salvación de nuestras almas.

Sí: á nombre de Dios, su Iglesia santa dirige tiernos llamamientos á sus hijos, para que en estos días de salud, haciendo como una pausa en la breve carrera de la vida, se recojan dentro de sí mismos, examinen el camino andado, vean cómo le recorrie-

ron con relación á su destino eterno: qué adelantos han hecho, ó qué quebrantos han sufrido: y mirando hacia adelante, y considerando la brevedad de la vida y la eternidad que les aguarda, emprendan con nuevos bríos la reforma de sus costumbres, y se apresten á más decidida, más vigorosa y más constante lucha con los enemigos de su eterna salvación.

A defender la grey encomendada nos llaman con estricto deber la santidad del cargo cometido, la confianza depositada por los mismos fieles y la astucia tan tenaz como constante del enemigo, que acecha el extravío de la oveja confiada, ó espía con ávido celo el descuido y soñolencia del Pastor. A defender la grey encomendada nos llama desde lo alto la voz del Pastor Supremo. ¡Oh! Ya el Altísimo dirigía estas encomiendas á los Profetas de la grey de las figuras, y sus fuertes increpaciones símbolo fueron de las amonestaciones que nos urgen y estrechan á nuestras enseñanzas y nuestro apostolado. «Aullad, pastores», repetía con ahinco el Profeta de los *Threnos* (Jer., xxv, 34); clamad y pol-